Fragmentarium

dies in terra [illegible] possessionis uestre.
hec sunt [illegible] precepta. & cerimo
nie atque [illegible] iudicia. que man
dauit dominus [illegible] ut docerem uos. & faci
atis ea in terra ad quam transgredimini
possidendam. ut timeas dominum deum tuum
& custodias omnia mandata atque iudi
cia & precepta eius. que ego precipio tibi. &
filiis ac nepotibus tuis omnibus diebus uite
tue. ut prolongentur dies tui. Audi [illegible] &
obserua ut facias. & bene sit tibi. & mul
tipliceris amplius sicut pollicitus est. dominus
deus patrum uestrorum uobis. terram lacte &
[illegible] Audi [illegible] dominus deus
noster deus unus est. diliges dominum deum tuum ex to
to corde tuo & ex tota anima tua. & ex
tota uirtute tua. Eruntque uerba hec que
ego precipio tibi hodie in corde tuo. &
narrabis ea filiis tuis. & meditabis sedens
in domo tua. & ambulans in itinere dormiens.
& surgens & ligabis ea quasi signum in ma
nu tua. eruntque & mouebuntur inter oculos tu
os. scribesque in limine & hostiis domus tue.
Cumque introduxerit te dominus deus tuus in ter
ram pro qua iurauit patribus tuis. abraam.
ysaac. & iacob. & dederit tibi urbes mag
nas & optimas quas non edificasti. Domos
plenas omnium opum quas non extruxisti.
Cisternas quas non fodisti. uineam & oli
ueta que non plantasti. & comederis & satu
ratus fueris. caue diligenter ne obliuiscaris
dominum. qui eduxit te de terra egipti de do
mo seruitutis. Dominum deum tuum timebis &

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 441, 1v – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-2fgg/410/5756)